

2658. FROM JOHN BONER.

Leipzig MS.
EE. 173.

Padua.
8 June 1532.

[An original letter, probably autograph.]

SALVE vir omnium quos nouit mundus doctiss. Ne ego cum preceptor videar ingratus. Constituimus sepe nostris te inuisere literis, quae, etsi sint alienae a Musis et tanto viro indigne, tamen grato animo accipere dignaberis. Quod autem scribam aliud nichil habeo, saltem quod tibi summas et immortales agimus 5 gratias propter commendationes tuas passim nostro nomine ad doctos, que nobis multum profuerunt. Cum enim domino Antonio Fukero tuas obtuliss*em* litteras, nos illico familiariss. complexus est, tam humaniss. colloquebatur vt nichil humanius, omnia loca in sua domo ostendens, et ea que tibi paravit, certe elegantissima 10 et meo iudicio commodissima; nichil magis optat quam tuam presentiam. Dominus Cholerus quicquid honoris exhibere potuit exhibuit. Dominus Viglius nos humanissime excepit, qui nos in suam non potuit recipere domum; tamen contigit nobis hospitium apud doctos et honestos viros, Germanos et Holandos, qui tibi 15 omnes ex animo fauent. Stanislaus te summopere salutat. Vale meque cum Anselmo solito amore complecti non desinas.

Patauii 8 Junii 1532.

Tibi per omnia vota deditiss.

Ioannes Bonerus. 20

Clarissimo doctissimoque viro domino Erasmo Rotherodamo theologorum principi, preceptoris suo omnibus modis colendiss. Friburgi Brisgoe.

2659. FROM THOMAS MORE.

De Praeparatione p. 103.
N. p. 1073: Lond. xxvii. 9: LB. 1223.

Chelsea.
14 June 1532.

[In Ep. 2750 Erasmus tells Faber that this letter, of which he forwards him a copy, had been delayed in delivery by some months, having got stuck in Saxony ('haeserat in Saxonia').]

THOMAS MORVS ERASMO ROTERODAMO S. D.

QVAM rem ad hunc vsque diem a puero pene semper optauit, Desideri dulcissime, vt quod tibi perpetuo contigisse gaudeo, idem aliquando gauderem contigisse mihi, nempe vt, publicarum rerum negotiis liberatus, aliquid olim temporis viuere Deo duntaxat ac mihi possem: id nunc tandem, Erasme, Dei opt. max. 5 benignitate ac Principis indulgentissimi beneficio consequetus sum. Caeterum non ita tamen sum consequetus, vt volui. Fuerat enim in votis vt vltimum illum vitae colophonem quicquid annorum fueram habiturus, infractum vegetumque, morbo saltem

1658. 4. Quod *scripsimus*: quid MS. 17. EE: desinat MS.

2658. 2. preceptor] Ephorinus.
5. saltem] Apparently for *nisi*.

2659. 4. liberatus] More resigned
the chancellorship 16 May 1532.

10 et cruciatu liberum (quoad per aetatem liceret) obtinerem. Nunc vero an eius voti, nimium fortassis improbi, compos aliquando sim futurus, Dei in manu est. Sed interim pectus mihi occupauit nescio quid morbi: cuius non tam sensu et dolore crucior quam euentus metu ac timore solicitor. Nam quum aliquot menses 15 eodem tenore semper infestaret, consulti medici responderunt moram longam in morbis esse periculosam, et curam huius agebant celerem esse non posse: tempore sensim, victu, pharmacis, quiete medicandum: neque finem medendi praefiniebant, neque salutem satis certam policebant tamen.

20 Haec ego igitur mecum versans animo, quum aut deponendum mihi magistratum viderem, aut operam meam in eo gerendo claudicaturam, quando negotia quae res poscebat obiri per me non possent, nisi mortem ipse obire periclitarer (qua si defungerer, vel sic omnino cum vita simul relinquendum fuit officium), decreui 25 mecum tandem altero potius quam vtroque carere. Quamobrem vt et publicis rebus pariter et meae saluti consulerem, a clarissimi Principis et optimi benignitate supplex impetraui vt magistratu isto quo me (quod tute scis), regni totius amplissimo, incredibilis eius in me fauor tam longe supra meritum quam supra spem ac 30 votum omne meum honorauerat, nunc sub eius pondere fatiscentem dignaretur eius pietas exonerare. Superos igitur vniuersos precor vt et istos indulgentissimos in me clarissimi Regis affectus Deus, qui solus potest, digna repensem gratia: et mihi quicquid temporis reliquum daturus est, ne per iners atque ignavum transigatur 35 ocium, non eam modo mentem donet vt bonas horas bene collocare velim, sed eam etiam corporis addat firmitatem, qua possem. Nam (quae mea socordia est) infirma valetudine nihil omnino possum.

Neque enim, mi Erasme, omnes sumus Erasmi, vt quod mortaliū omnium vni propemodum tibi propitiū donauit Deus, id nos conueniat omnes expectare. Quis enim praeter te alias id polliceri audeat quod tu praestas? qui praeter aetatis ingrauescentis incommoda, sic assiduis afflictus morbis vt fatigare atque obruere iuuenem valentem queant, quotannis tamen totius temporis tui 45 rationem, tanquam nihil inde neque anni graues, neque aduersa valetudo surriperet, aeditis libris optimis orbi toti nunquam cessas reddere. Quae res vna, quum reputantibus vniuersis miraculi vicem habeat, ad stuporem tamen vsque miraculum geminat, quod nihil te deterrent a scribendo (qui vel herculeum pectus oppressuri 50 viderentur) tot vndique in te surgentes vitilitigatores tui: quales tibi multos indies exuscitat incomparabilis istius ingenii tui atque eruditionis, ingenium etiam tale superantis, inuidia: ad quas naturae atque industriae tuae virtutes quum facile se intelligent nunquam posse concendere, et ferre tamen per animi turaorem, 55 quo pene dirumpuntur, nequeant, vt infra tam longe subsidant, machinantur inter se nimirum, ac pro sua quisque virili moliuntur, si qua possint efficere vt tua gloria ad ingloriam ipsorum vilitatem queat assidua detrectatione deduci.

Sed dum saxum hoc Sisipheum iam tot annos voluunt, quid

12. Dei *scripsimus*: Deo L. cf. *Epp.* 2898. 6, 2899. 2.

aliud interim tandem tam irritus quam improbus labor effecit 60
 quam vt saxum semper in ipsorum caput recideret, tu semper
 altior et sublimior euaderes? Nam si quid interdum aliquos, qui
 neque mali sunt nec indocti, commoueat, in quo fortasse tractando
 aliter abs te temperatum stilo voluisserent, quid magnae rei est?
 quum id non modo nulli vnquam scriptori non acciderit, sed nec 65
 ipsi quidem, dum notarent tua, sic potuerint tamen temperare
 sibi vt non idem vitii et illustrius quam vt ex ipsorum honore sit,
 et frequentius quam pro libelli cuiusque modo, contigerit. Qua in
 re tanto difficilius veniam merentur illi, quod ignorare non possunt
 quam ingenue fateris ipse quaedam te tractasse sic, priusquam 70
 haereses istae pestilentes orirentur, quae iam passim grassantes
 pessundant omnia, vt si diuinare potuisses tales religionis hostes
 ac proditores aliquando prodituros esse, mitius ac dilutius eadem
 fueris propositurus: quae vt tum proponeres fortius, diuersa
 quorundam vitia, quae pro virtutibus amplectebantur, extimula- 75
 bant. Quem animum qui velit tibi vitio vertere, is haud dubie
 sudabit satis, priusquam satis inueniat qua ratione possit sanctissi-
 mum quemque ex antiquis ecclesiae doctoribus excusare: quos
 ego certe non dubito, si nostrum hoc seculum sic vidissent vt
 viderunt suum, nonnulla suis quemque temporibus fuisse et cautius 80
 et explanatus enarraturos: quod quia non fecerunt (propterea
 quod dum praesentibus medebantur malis futura non veniebant
 in mentem), idem nimirum illis accidit, quod isti nunc calum-
 niantur in te; nempe vt postea succrescentes haeretici quaedam
 sese iacent ab illorum scriptis hausisse: quae res tibi non cum 85
 sanctissimis solum patribus illis, et orthodoxae fidei vetustissimis
 praesidibus, sed cum ipsis etiam Apostolis et Evangelistis est,
 atque ipso etiam Seruatore nostro, communis: vt ex quorum
 verbis maxime, imo propemodum solis, haeretici omnes dogmata
 sua falsissima conantur stabilire. 90

Macte igitur, mi Erasme, virtutibus istis tuis, et tantum, si quid
 interdum boni cuiusquam viri anxiam solicitudinem, vel absque
 sati grandi causa, commoueat, ne te pigeat tamen ad pios eorum
 affectus quaedam attemperare. Alioquin neglectis maleuolorum
 latratibus, perge placidus iuuandis studiis et promouendis virtu- 95
 tibus nihil remoratus insistere.

De illo quem mihi literarum gratia, non etiam religionis, com-
 mendaueras perquam circumspecte sane ac ciuiliter, per amicos
 quosdam admonitus sum vt caueam ne mihi sublinatur os. Id
 profecto quoad fieri per me poterit, curabitur. Neque enim nescio 100
 quantum sit periculi, nouas istas errorum sectas admittere, quae
 tametsi sedulo semper hactenus apud nos et Praesulum cura et
 Principis autoritate cohibeantur, mirum tamen quibus primum
 technis irrepare, deinde quanta cum peruicacia nituntur irrumpere:
 neque cessant vnum et alter e nostris, male vertendo scripturas et 105
 deterius interpretando, omne genus haereseos e Belgica (quo se

97. illo] S. Grynaeus, who went to England with letters of recommendation from Erasmus in March 1531, cf. Epp. 2459, 2487-8, 2831. In Ep.

2878 Erasmus tells Viglius that he intervened to prevent Grynaeus dedicating his *Plato* to More.

velut in portum aliquem receperunt) in hoc regnum libris nostro sermone conscriptis mittere. Quorum ipsi sic plerisque respondimus, vt non valde cuiquam metuam, qui vtrunque perlegerit: nisi quod quidam et noua per leuitatem, et perniciosa per malitiam ita libenter et cum fauore perlegunt, vt non ideo assentiant quia vera credant esse quae legunt, sed quia cupiant. Sed isti hominum generi, quibus malos esse libido est, nulla vnquam ratione satisfeceris. Mihi studio est pro mea virili iis praesidio esse qui non sua sponte desciscunt a vero, sed versutorum hominum fallaciis abducuntur. Vale, doctissime Erasme, ac de bonis studiis optime merite.

Ex aedibus nostris Chelcheicis. Anno Domini M.D.XXXII. decimo quarto mensis Iunii.

2660. FROM GABRIEL VERINUS.

Breslau MS. Rehd. 254. 158.
EE². 102.

16 June (1532).

[An original letter, autograph throughout: the year-date is given by the reference to the *Declarationes*.

Of Gabriel Verinus we know nothing; from his letter he would appear to be one of Campegio's 'familia'.]

GAB. VERINVS ERASMO SVO S. D.

Qvovsqve tandem et acerrimis odiis pugnabitur, mi Erasme, vt nullus vnquam futurus sit litium finis? Cum de pace cogitabam, a tergo, a fronte, a lateribus irrumpit Academia sub nomine facultatis, sed non oratoriae—a qua tantum abest quantum a detorta calumnia Erasmus. Habes inimicissimam Galliam que gallinariū inuenierit, Deliacum illum, qui oua cognosceret. Sed praeter aculeata quaedam sophismata—sic enim appellandae sunt illius conclusiunculae—nihil habet salis, hoc est, modestiae, que semper fuit condimentum pietatis, cui germana est charitas, in qua par 10 esse potuit vel etiam superior, si priuatis libellis tecum agere maluisset quam vrgere conuiciis, et maxime absentem, quem nunquam licuit sceleris condemnare.

Verum oculum torsit Academia et dum ea videt quae sibi dispercerent, quae magis temporis sunt quam tua, haereses putauit. Neque oculi fuit vicium, quem nisi torsisset, Eras(mum) vidisset, 15 non Beguardos, mille culeis dignos. Et haec multo ante videras,

2659. 108-9. respondimus] In 1528 More was granted a licence by Tunstall, Bp. of London, to read heretical books in order that he might refute them. The same year he published his *Dialogue* against Tyndale and Luther; in 1529 the *Supplication of Souls* against Simon Fish. After More's resignation in 1532 he wrote the *Confutation of Tyndale's Answer*, the *Confutation of Friar Barnes' Church*, and a *Letter on the Sacrament* against Frith. In 1533 appeared the *Debellation of Salem and*

Bizance and the Answer to the . . . book which a nameless heretic hath named the Supper of the Lord.

2660. 5-6. gallinarium . . . cognoscere] Cic. *Ac. Pr.* 2. 26. 86.

16. Beguardos] See Ep. 843. 62on. Egmondanus, Beda, and the Paris *Censurae* seem to have taken pleasure in noting Erasmus' affinities with the Beghardian heresies, particularly in respect of the view that the spiritual man is not bound by forms or ceremonies. See in particular *Declarationes Prop.* 29, 83; in the section